



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 34. Cueva Cardinalis casu fortuito vix non in Pontificem electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul XVI  
A.C. 1559.

plures enim erant factiones, quarum  
quævis alteri prævalere gestiebat, qui-  
nimo inter suffragantes reperiebantur  
non pauci, qui vel ejusmodi Purpura-  
tis, quos ab aliis nunquam eligendos  
præviderant, vel illis sua contulerunt  
suffragia, quos duntaxat solo unius,  
alteriusve suffragii honore dignari inten-  
debant, quos inter postremos erat Car-  
dinalis Cueva natione Hispanus.

§, XXXIV.

*Cueva Cardinalis casu fortuito vix non  
in Pontificem electus.*

Pallav. l. 24.  
c. 10. n. 3.

Ceterum Bartholomæus Cueva Car-  
dinalis Vir erat morum comitate  
insignis, cumque erga omnes admo-  
dum officiosus esset, facile etiam cete-  
rorum affectum, ac venerationem sibi  
conciliabat; eæ tamen dotes, quæ in  
supremo Ecclesiæ Pastore necessarie  
funt, ipsi deesse videbantur: nihilomi-  
nus ad hanc dignitatem evehi deside-  
rabat, hancque in rem plures Cardina-  
les, qui tam Cæsaris, quam Franciæ  
Regis partibus adhærebant, per suum  
conclavis contubernalem nomine Fer-  
dinandum follicitabat, quatenus sua ei  
suffragia conferrent, eo duntaxat effectu,  
ut ipsi, quo numero apud Cardinales  
fuisset,

fuisset, manifestum fieret. (\*) Cum Sæc. XVI.  
ergo Cardinales hanc benevolentiam  
petenti absque præjudicio concedi posse  
existimarent, ad illum suas schedas, in  
quibus

A.C. 1559.

(\*) Evidem Continuator hanc in rem Pallavicinum allegat: ut vero pro more suo in his quoque comitiis nonnisi fraudibus rem fuisse astam, comprobare posset, subdole ipsum Cardinalem Cuevam ex propria ambitione hunc astum excogitasse refert, cum tamen Pallavicinus id inscio Cardinale a Ferdinandu Torres factum afferat his verbis: quadam die proximus ad Tiaram erat Bartholomæus a Cueva, astu Ferdinandi Torres, ex ejus ad comitia comitibus: cum enim hic triginta duos Cardinales, quatuor nimirum supra numerum electioni necessarium, eo die, dum aliqui non adhuc convenerant, separatim rogasset, ut in craftina suffragatione herum suum honorario calculo ad speciem donarent, cuius virtus eo existimationis argumento ab aliquo Collegarum exhibendo digna videbatur, eorum quisque de aliis prorsus inscius, rem libenter spopondit, quam & viri merito consentaneam, & extra omnem successus probabilitatem existimabat: Verum tamen cum omnes pro more scriptas in Sacellum schedulas secum tulissent, ex illis quidam casu, seu verius divina providentia, quæ non vult, ut casu Pontifex eligatur,

pro-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.

quibus Cuevæ nomen erat scriptum, tanto numero transmittebant, ut abs dubio in Papam electus fuisset, nisi illa die, qua suffragia colligebantur, Capiteferreus Cardinalis ex ceteris sibi tum vicinis, cuinam ipsi sua darent suffragia, sciscitatus fuisset, hique respondissent, quod Cardinalem Cuevam nominare intenderent: cum autem Capiteferreus pariter cum reliquis rogatus esset, hinc, Cuevam, si plures Cardinales idem ei obsequium deferrent, certo certius præter suffragantium voluntatem ac spem eligendum prævidebat: ideo adstantes Cardinales quantius erroris sui admonuit, eisque periculum exposuit, in quod se fusa imprudentia conjicerent: eapropter una omnes laceratis, quibus Cuevæ nomen inscripferunt, schedis alias sibi tradis postulabant.

§. XXXV.

propinquo sibi Purpurato dixit: nunquam divinas, cuinam ipse sim hodie suffragium collaturus; & paucula post verba hominem nominavit: sed comperto, alterum quoque paratum esse ad simile suffragium, atque ita circumlato per multos murmure, quindecim illico Schedas mutarunt, adeoque suffragatores Cuevæ solum septemdecim fuere.